Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



& ad obprobriū eorū & dices: mucro mucro!
euaginate ad occidendū. limate ut inter
ficias & fulgeas. cum tibi uiderentur uana
& diuinarentur mendacia ut dareris
sup colla uulneratorū impiorū quorum
uenit dies in tempore iniquitatis praefi
nita. reuestere ad uaginā tuā in locum
in quo creatus es: in terra natiuitatis tuae
iudicabo te! & effundā sup te indigna
tionē meā: in igne furoris mei sufflabo in
te! Daboq; te in manibus hominū stulto
rum. & fabricantiū corruptionē: igni eris
cibus sanguis tuus erit in medio terrae. ob
liuioni traderis quia ego dns locutus sum.

Claudiū regis babylonis stetisse in capite
duarum uiarū in competu dextere & si
nistrae quarū altera ducebat hierusalem.
altera ad rabbath filiorū ammon. & exisse
sostem ut perger & prius contra hierusalē
supra legimus. qua expugnata & capta reg
num quoq; & sacerdotiū eius in aeternū
perisse praenuntiat! Residuū erat filius
ammon. & ipse diuisionis ordo poscebat.